RosDok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Hadus

# Ad nonnullos illustres Rostochiane Achademie viros paucule ex tumultuarie Joannis Hadi Camene

[Rostock]: [Dietz], [1516]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn884744744

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn884744744/phys_0001

~~Mk. 1647.~~
MF Mk – 7690.
Liber rarissimus.
Paläotype ~~Ink.~~

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn884744744/phys_0002

(1516.)

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn884744744/phys_0003

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn884744744/phys_0004

163605

die getilgte Unterschrift unter dem Titelblatt von Hadi Camene, die vielleicht einmal des Namens wegen Interesse bieten könnte, lautete ursprünglich:

Bartelemeo Thuronios[1] optimo musarum amatori.

Divites et magni donant convivia viri
Ast ego hec novi[2] carmina cartha[3] vatis[4].

1) Das s scheint sofort gestrichen oder ein abbrev. zu sein: Thuroniorum?

2) die 2 Worte hec novi waren gestrichen und darunter geschrieben signo.

3) nicht klar lesbar, statt tha könnte tra zu lesen sein, aber nostra scheint nicht dazustehen.

4) die Hand welche signo setzte, tilgte vatis und setzte dahinter: novi.

Die Hand dieser Unterschrift ist anscheinend nicht die der Schreibübungen auf dem letzten Blatte. Krause

163605

# Ad nonnullos illuſtres Roſtochiane Achademie viros paucule et tumultuarie Joannis Hadi Camene.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn884744744/phys_0007

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK ROSTOCK
Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn884744744/phys_0008

# Tumultuarie Joannis

**Venerabiliſſimo viro Bartoldo Molitori. Theologo doctiſſimo diſertiſſimoqꝫ S. D. Joānes Hadꝰ ſēpiternā**

Compoſitus rigidis ſermo eſt preſtantior armis
Exuperat Martem flaua Minerua ferum
Edita ſyderei ſummo de vertice regis
Odit qui ſumpto flore creatus erat
Inſpicit hec belli que nam ſit cauſa mouendi
Ille furit: quouis cunq; furore ruit
Martius in patriā flammas Cathilina parauit
Palladius repulit conſul ab vrbe faces
Liuius Veſperijs nonnullos traxit ab oris
Martia quos potuit Roma mouere nihil
Me tua Roſtochiam ſapientia traxit in vrbem
Que toto libris ſpergitur orbe tuis

# Tumultuarie Joannis

Ante tuos vidi q̄ȝ te Bartolde libellos
Qui faciunt ſoſijs plurima lucra bonis:
In quibus ingenij lumen diffundis et artis:
Oſtendiſq; bono plurima digna viro.
Tu clarium patrias numen deducis in oras:
Virgineoſq; trahis ex Helicone deas:
Lauriger in noſtro Parnaſus ſcanditur orbe:
Caſtalijq; patet te duce fontis aqua:
Te duce palladius trutinat mea ꝟba ſenatus:
Et facilis precibus annuit ille meis.
Fac iterum noſtris referat ſuffragia votis:
Fac iterum precibus annuat ille meis.
Parua petam paruus quāuis maiora petitis:
Que dare de minimis ille vel ille poteſt:
Annua ſi neſcis noſtro condigna labore:
A bene conſcriptis patribus era petam.

# Hadi Camene

Ut mihi non tantum ſed vobis viuere poſſem
Et vos verſiculis condecorare meis
Vos ego perpetuo decreui dicere cantu
Arduaq; illuſtres tollere ad aſtra viros
Nil opus eſſe meis dices fortaſſe Camenis
Et ſine me claros aſtra ſubire viros
Verba refers folijs Cumane digna Sibille
Tangit enim celſos gloria veſtra Polos
Sed Bartolde meam: ſi non piget: inſpice mentē
Pignoraq; ingenij ſuſcipe manca mei
Progenies magni quãuis eſt clauda Tonantis
Non tamen iccirco deſpicienda venit
Nam reficit caro ſublimia tecta parenti
Celicolis claras condidit illa domos
Ut mea ſubſidant alterno pignora crure
Non tamen omnino forſitan arte carent

## Ad eundem Dyſtichon

Tempore ſi Molitor natus meliore fuiſſes
Vel Plato vel Socrates Pytagoraſue fores

## Ad eundem

Cur tua continuis calcantur limina plantis
Quod bene doctrina conſilioq; vales

## Ad eunden

Cur tua tot doctis ornatur menſa magiſtris
Quod bene concordant cõueniũtq; pares

## Celeberrimi nominis viro Nicolao Leoni: doctori Canonum doctiſſimo Roſtochiano Gymnaſiarche dig-

# Hadi Camene.

niſſimo Plurimam dicit Jo
annes Hadus Salutem

TE volucris latū diffundit fama per orbem
Quo pedibus nunq̄z nomine ſepe venis
Viuis Roſtochij Romana viuis in vrbe
Nempe potes multis vnus ineſſe locis
Viuis ad Euphraten gelidū q̄z viuis ad Hiſtrū
Notus in Eois Heſperijſq̄z locis
Quo ſua cūq̄z parens extendit brachia rerum
Oceanus nomen eſt ibi iure tuū
Nomina magnanimi merito tibi magna Leonis
Nempe facis magno plurima digna viro
Diuinā proprio qui ſumptu conſtruis edem
Et facis in templo plurima ſacra tuo

# Tumultuarie Ioannis

Quod bouns in noſtris nemo non predicat oris
Aut potius toto nullus in orbe negat
Ardua te princeps tollit Bugſlaus ad aſtra
Uſus et eloquio conſilioqꝫ tuo
Uera loquor verus tibi dudum factus amicus
Et que de tanti principis ore tuli
Omnia Phocarci dixit mihi numina montis
Nicoleus noſtra duxit ab vrbe Leo
Nunc mea Pomerijs Achademia vilet in oris
Que quondā tanti floruit arte viri
Quem fruſtra noſtram toties reuocamus in vrbem
Sepe tamen nobis ſepe vocatus adeſt
Qui Plato Roſtochij non vno dicitur ore
Exemplar Pylij dicitur eſſe ſenis
Dixit: et ingemitus ſoluit precordia tantos
Ut videas tantū nil ſimulare ducem

# Vadi Camene

Nil ſimulare ducem noui ſed pectore naſci
Mellifluo dulcem qui venit ore ſonũ
Annua qui large diſſoluit premia nobis
Addens pro meritis mun era pauca meis
Munera reddebant retinebant premia fures
Vtraqꝫ nam miſero ſurripuere mihi
Nota magis nulli domus eſt ſua q̃z mihi fures
Non tamen hos licuit notificare mihi
Eſt igitur paruo quondã cariſſima vati
Gripiſwaldenſis vrbs odioſa mihi
Hanc ego Cadineo gemebundus more relinquo
Duraqꝫ in inuiſum tranſfero fata locum
Et profugus veſtram (quod nondũ penitet) vrbem
Roſtochiũ venio Roſtochiũqꝫ colo
Sum nouus at cunctis multo gratiſſimus hoſpes
Poſt modo nec cuiq̃z (crede) moleſtus ero

# Tumultuarie Ioannis

Eſt mihi conſilium veſtram celebrare paleſtrā
Incelebris quāuis exiguuſq; ſiem
Eſt mihi conſiliū veſtram formare Iuuentā
Forma licet paruo ſit mihi parua viro
Sed nequeo iuuenis puerili viuere lucro
Eſt opus: auxiliū fer leo magne tuum
Florida mercedem nobis achademia dignā
Effice conſtituat contribuatq; precor
Vt tibi ſim tali ſemper pro munere gratus
Gratia cū Phebo ſit mihi nulla meo

## Dyſtichon ad eundē

Cur tua per totum penetrarunt nomina mundū?
Quod toto virtus orbē latere nequit

## Ad eundem

Vt leo quadrupedes animoſus deſpicit oēs
Sic tu fortunam deſpicis ipſe leuem

# Badi Camene

## Ad eundem

Cur modo Roſtochiã migrauit phebus in vrbem?
Gymnaſij regimen quod leo noſter habet

## Ad eundem

Alma licet plures producat terra leones
At ſimilis toto non erit orbe tui

## Ad eundem

Quam ſuperat fragiles incedua ſilua miricas
Tam ſuperas alios nomine rect viros

Clariſſimo Philoſophie ac legum doctori Ioãni Montano: perſtrẽnuo Roſtochiane Cenſori Achademie. viro non minus ſapientia q̃ etate graui. Salutẽ dicit Ioannes Badius plurimã.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn884744744/phys_0017

Mitto tibi noſtram necnon cõmendo ſalutem
Pendet ab auxilio nam mea vita tuo
Pallidus equoreos ſine remige navigo fluctus
Te penes eſt clauus remigiũq ratis
Tu potes in tutum nauim ſubducere portum
Et res e lacera puppe leuare meas
Ergo age plena precor ventis da vela ſecũdis
Da clauo dextram remigioq tuam
Si pedibus ſolidam firmis calcauero terram
Altera tu vite cauſa ferere mee
Poſtea ceruleas nunq̃ ſulcabo procellas
Prouidus in ſicco iure manebo ſolo
Iure tuas grato vulgabo carmine laudes
Et merito patrem te vocitabo meum
Scis bene quid poſco fragilem q̃d dico carinã
Quid mare quid ventos quid vada tuta voco

Fac modo quod petij nunqȝ (mihi crede) pigebit
  Si tangit mentem publica cauſa tuam
Vtilitas tenere moueat tua corda Iuuēte
  Que venit in mores erudiēda bonos
Que venit in ſacris prius inſtituēda Camenis
  Quā diſcat reliquis illa vel iſta libris
Sanctus eni liguam Vates animūqȝ figurat
  Sanctaqȝ ſincere ſemina mentis agit
Nam ſolidū reliquas preſtat fundamen ad artes
  Et facilem reddit quemlibet ille librum
Fac precor Audiri detur mihi lectio Vatis
  Nec mihi pro precio ſit facienda meo
Da Montane mihi quod forſan nemo negabit
  Da facilis voces in mea vota tuas
Ne tua queſo tuo deſinat ſuffragia ſeruo
  Cum retinet noſtros Curia veſtra patres

# Tumultuarie Joannis

Non ſine ꝑpetua dabis vtilitate qđ opto
(Paruula res multum cōmoditatis habet)
Nam tibi ſidereū tali pro munere celum
Optabunt iuuenes cum puerisq; ſenes
Debita ſupremus reddet tibi munera princeps
Princeps quo toto maius in orbe nihil
Grecia quem ſummū decantat docta poetam
Cum patrio noſtram cōcinit ore fidem

## Ad eundem Dyſtichon

Ordo tuum triplex cur ſemp̄ nomen adorat?
Quod tu tergeminis affluis vſq; bonis

# Humaniſſimo viro Ramberto Hillzheimo. Illuſtriū

# Vadi Camene

## Magnopolitanorum prin-cipum Medico et conſilia-rio vigilantiſſimo: eccleſiaſti cam Roſtochij ad diuū Pe trum prefecturam ineunti.

Quod melius taceo q̄z te cōmendo parūq̄
  Accedit tardo te mea Muſa gradu
Nempe timet numeris ne te conturbet ineptis
  Et faciet paucis tedia multa modis
Ergo tuam timide conatur dicere laudē
  Par eteni̅ meritis non venit illa tuis
Nam medica celebri tu preſtas arte Galeno
  Et Coo pariter Emonioq̄ ſeni
Filius Verbiferi tibi cedit Apollinis ille
  Qui prius occiſa matre creatus erāt

# Tumultuarie Joannis

Cunctꝗ ſuo magnus cedit tibi fratre Machaon.
Quãuis Meonijs dictus vterꝗ modis.
Te melior non eſt melius te nemo medetur
Inter quos medicos tempora noſtra ferũt.
Non minus ex aĩmo pellis ꝗ̃ corpore morbũ.
Efficitur totus te duce ſanus homo.
Strẽnuus eſt paſtor curator ſtrẽnuus idem.
Magna tibi populi magnaꝗ cura dei.
Sancta regis ſancti merito delubra Jacobi.
Et primus tantum paſtor ouile tenes.
Gratia principibus debetur maxima noſtris.
Nõ te condigno conſtituere loco.
Gratia ſit Marie ſit ſummo gratia Chriſto.
Quod conſtat talẽ te meruiſſe ſtatum.

## Eberhardo dickmãno Phi loſopho et decretorũ Candi

# Vadi Camene

## dato candididiſſimo Cenſori-qz Achademico vigilãtiſſio

Ad tua confugio ſupplex ſuffragia Vates
Sicut ad equoreos nauita ſepe deos
Tu mihi ni dederis ventos in vela ſecundos
Iam mea ſub medijs Cymba periret aquis
Te duce latrantes Scille cõtemno catellos
Et dire rapidas ſperno Charybdis aquas
Te duce ſorbentes ſecurus nauigo Syrtes
Nec timeo viridi cõdita ſaxa mari
Te duce currentes ſecurus tranſeo Plactas
Syrenũ dulces pretereoqz ſonos
Nãqz facit penitus tua me preſentia tutum
Teqz ferente mihi nemo negabit opem
Ergo age Socraticã rector ſic dirige claſſem
Augeat vt veſtras noſtra carina rates

# Tumultuarie Ioannis

Remigis officio fungar fortaſſe periti
Nemoq; qui de me iure queratur erit
Currere Caſtaleas vobiſcum ſepe per vndas
Conſtitui/et tardos preterijſſe viros
Non tamen iraſcar pūgna ſi vincor in iſta
Si modo qui vincit Roſtochianus erit
Profuit interdum victoris gloria victo
Nobilior victo ſi modo victor erat
Sepe tulit Stygias aliquis ſolamen ad vmbras
Occiſus clari quod fuit arte viri
Credibile eſt Priamū lachrimas ſiccaſſe cadētes
Hectoris vt claram comperit eſſe necem
Non vite noſtrum ſed erit certamen honoris
In quo cum cecidit nemo cruore madet
Non opus hic clipeo nō eſt opus enſe nec vllis
Cum quibus ad metam currus agatur equis

# Vadi Camene

Eſt opus ingenij magis hic q̃z corporis arte

Quã Milo non dederit Polidamaſue mihi

Quãuis hic clipeo fixus perſtabat in vncto

Ictibus et crebris fruſtra petitus erat

Ille licet potuit currentẽ ſiſtere currum

Non tamen hic aliquã ferre valebit opem

Tu mihi ſi faueas animo pedibusqꝫ valebo

Primaqꝫ qui capiat premia dignus ero

## Ad eundem

Autumedon terris gelidis es Typhis in vndis

Pendet ab auſpitijs currus et aura tuis

## Optimo viro Egberto Herlemo Batauo doctiſſimo illuſtriũ diſciplinarum magiſtro: Roſtochiane Cenſori

# Tumultuarie Ioannis

# Achademie dignissimo di‑ſertiſſimoqꝫ.

Et mea perpetuā debet tibi Muſa ſalutem]
Perpetuūqꝫ tui nominis eſſe decus
Obligat hanc meritis tua munificentia multis
Que mihi non paucis enumerare licet
Magnus es et magnas expoſcūt magna Camenas
Carmina ſunt meritis noſtra minora tuis
Dicere nec cenas nec prandia dicere poſſum
Que mihi cum magnis ponis amice viris
Hec referant alij mecum fortaſſe poete
Copia dicendi ſi mihi maior erit
Tanta quidem ſacros inter concordia vates
Vnius vt reliqui cōmoda dāna ferant
Sic multis iuſtam vidi turgeſcere bilem
Cum fuit Hutteni ſors miſeranda mei

# Hadi Camene

Sic Mecenatē nemo non tollit honore
Qui ſemel Aonio proluit amne caput
Te quoq; non vno laudabunt carmine plures
Pluribus auxilio vatibus eſſe ſoles
Quod miſer Huttenus longū diffudit in euū
Reddens pro multo carmina pauca cibo
Carmina pauca quidē ſed non inculta pegit
Pauper erat q̄uis officioſus erat
Sic ego perpetuas tenui tibi carmine grates
(Deſerit officiū nemo poeta ſuum)
Nunc ago ſed referā bona quū fortuna refulget
Si miſeros vnq̄z reſpicit illa viros

## Ad eundē Dyſtichon

Sic tibi celeſtis ponatur menſa Poete
Et tua nūc Vatem ponitur ante nouū

# Tumultuarie Joannis

Ad eundem Dyſtichon

Cur recipis profugos toties Egberte Poetas?
Quod Vates cure Vatibus eſſe ſolent

Ad enndem

Non mihi Calliope non eſt mihi pluris Apollo
Quã fauor Egberti cõſiliũq; mei

## In illud celeberrimũ Roſtochij Gymnaſium quod vulgo Porta Celi vocatur

Eſt modo Roſtochij quadratis condita ſaxis
Magna domus certe nec ſpecioſa parum
Portaq; conſpicui vocitatur lucida Celi
(Si neſcis) ratio nominis iſta fuit
Nec domꝰ in liquidũ non paucos portat Olimpũ
Lucida preclaros mittit ad aſtra viros
Vidi ego ſidereum tangentes vertice celum
Continuit pueros quos domus iſta breues

# Hadi Camene.

Hic fiũt homines quos totus ſuſpicit orbis
Qui puer huc venit vir bene doctus abit
Huc veniũt Bataui veniũt huc ſepe Britanni
Huc veniũt Galli cum Phriſijſqꝫ Cati
Non eſt tam vario Mitridates ore loquutus
Quã vario celebris diſſonat ore domus
Diſſonat ore domus ſed ſenſu conſonat omni
Cõueniunt pueri conueniuntqꝫ viri
Illa viris nunqꝫ non paret porta duobus
A manibus quorum clauditur atqꝫ patet
Illa viris paret quales tibi dicere tantũ
Non monſtrare queam ni mihi preſto fores
Eſt prior Herlenus patria de ſorte Batauus
Proxima poſt illum Staggins arma gerit
Staggius in noſtris vir non ignobilis oris
Saxonicus patria voce latinus adeſt

Maximus ingenio nec non et maximus arte

Dulciloquo totus ore facetus homo

## In eandē portā diſtichon.

Quanto nobilior reliquis eſt Lucifer aſtris

Eſt tanto reliquis clarior iſta domus

## Ad Herbordū Oldigū Bremenſem Canonicū: Roſtochianum magiſtrū: Roſtochio Bremā abire parantē.

Nobilis eſt fateor quā tu diſcedis in vrbem

Eſt opulenta ſatis nec ſpecioſa parum

Flaua Ceres illic et Cypria diua moratur

Sed minus eſt illic flaua Minerua potens

Que dea Roſtochiū ſpretis migrauit Athenis

Et veteri ſedes condidit vrbe nouas

## Hadi Camene

Hanc ſequitur magnus Muſis comitatus Apollo
Adducit comites et Cytherea ſuas
Ergo age conſilio (ſi non piget) vtere noſtro
Roſtochijq; mane Roſtochijq; vale
Hoc te non pauci mecū monuere magiſtri
Qui te vel magni numinis inſtar habēt
Vera loquor verus qui ſum tibi factus amicus
Me male diſceſſus torquet amice tuus
Sed ſi certa tibi patriam diſcedere mens eſt
Vade bonis auibns numinibusq; bonis
Quod tibi cūq; placet mihi nō decet eſſe moleſtum
Sis vbicūq; vebis dum meus eſſe velis

## In Gymnaſiū quod medie Lune dicūt Et eiuſdez gymnaſij Rectorem Joannem Criſpū exaſtichon

# Tumultuarie Joannis

Hec ſua nec reparat nec ponit cornua Phebē
Dat ſua per noctē lumina perqꝫ diem
Hoc facit Endimion care cōiunctus amice
Non ſinit hic dominā luce carere ſuā
Hic eſt Endimion Bremenſi natus in vrbe
Latmia Raſtochij qui bene ſaxa videt

## In Gymnaſium quod Arcem vocant Aquile tetraſtichon

Hic auis eſt ſummi cuſtos affixa Tonantis
Sed gerit ad dominū fulmina nulla ſuū
Pro rigido molles obſeruat fulmine chartas
Intus Apollineos arguit eſſe viros

## In Gymnaſium q̄d ad Rubeum Leonem appellant item tetraſtichon.

# Hadi Lamene

Hic eſt magnanimi facies animoſa Leonis
Qualis ab Herculea dicitur icta manu
Cerbeream melius forec hic tamen eſſe figuram
Qualis ab Herculea dicitur icta manu

## In Gymnaſium quod Vni cornis vulgo dicitur.

Hic fera Monoceros meditatur prelia cornu
Et mores domini denotat ille ſui
Hec domus illuſtri non eſt indigna magiſtro
Et merito clarũ poſtulat arte virum

## In Gymnaſiuz quod Burſam dicunt Olaui.

Hic quoq; diuini faciem ꝙ cernis Olaui
Efficiũt Daci Suecigeneq; boni
Frigida Roſtochiũ ſi quos Noruagia mittit
Roſtochiũ miſſos excipit illa domus

# Tumultuarie Joannis

## Ad Juuentutē vt Roſtochij ſtudeat: non minus extēporalis q̃ breuis elegia.

Florida Roſtochio gaude florente Juuentus
  Hic eſt Actea q̃cquid in vrbe fuit
Hic ſibi perpetuā Phebus cum Pallade ſedem
  Cūq; ſuo poſuit Callipoea Choro
Hic eſt Pytagoras: hic eſt Plato diuus et ipſe
  Qui Sophiā celſi traxit ab arce Poli
Hic eſt Hypocrates: hic eſt Auicenna Galenus
  Hic cum diſcipulo Phyliridesq; ſuo eſt
Hic cum Virgilio diuinus viuit Homerus
  Hic eſt in precio quiſq; poeta ſuo
Hic eſt Aſtrorum ſollers ſpectator Aratus
  Erudit hic multos Aſtrologia viros

# Padi Camene

Quattuor hic fidei doctores lumina noſtre
Quoſqꝫ vocat doctos pagia ſancta viros
Sūt q̊z legales q̄ poſſunt ſoluere nodos
Doctoreſqꝫ boni cauſidiciqꝫ boni
Deniqꝫ nil Latio: nil Greco eſt orbe receptū
Qđ non Roſtochij vidimus eſſe boni
Huc Venus accedit tribus huc comitata deabus
Que ſolet ingeniū ſepe mouere bonū
Vera canā: tu vera: precor: mihi crede canēti
Et moueant aīmos carmina noſtra tuos
Efficit interdū doctos Erycina Poetas
Qualibet artifices reddit. ab arte bonos
Mouerat ingeniū dea quā depinxit Apelli
Artifici doctam preſtitit illa manū
Nulli Tibulle tuas ceciniſſes carmina flāmas
Ni Nemeſis magnus te tenuiſſet amor

# Tumultuarie Joannis

Cinthia ni lepidis Vatem feciſſet ocellis
Vel dudū Stygias tota ſubiſſet aquas
Cūqꝫ ſua volucri latuiſſet Leſbia molli
Ni dilecta tibi docte Catulle foret
Ah fruſtra ſacris aſpirat Apollo poetis
Ni Venus aſpiret Arcitenēſqꝫ puer
Ergo age ſeu Veneris: leʒris ſeu caſtra Minerue
Utraqꝫ (qđ laudo) ſeu tibi diua placet
Florida Roſtochiū (moneo) concede Juuentus
Hiſperiā voti tu niſi compos eris

Dyſtichon

Non erat antiquū Junoni carius Argos
Quā mihi Roſtochij fama ſaluſqꝫ mei

## Paruulū ad candidū lectorem Epigramma

Si mea centeno loqueretur gutture Muſa
Et meus Aonias funderet hortus aquas

# Vadi Camene

Non ego Roſtochij laudē cōprendere verbis
Nec poſſem dignis omnia ferre modis
Paucula de multis: veluti de fonte minutam
Si quis habet guttam: carmina lector habes
Carmina lector habes tenero deducta poete
Nobile Roſtochiū qua petit aſtra meum

## Ad certum et vnū lecto rem Tetraſtichon

Exiguo cecini paucos ex tempore verſus
Carmia ſed longo tempore plura canā
Tempore plura canā tibi q̄ꝫ fortaſſe placebit
Vindicet et famulū ſanctus Apollo ſuū

## Ad eundem Dyſtichon

Nulla meus faciā moueat tibi gaudia cantus
Nōqꝫ melos nobis hoc tibi meror erit

[A]nimam domini Nostri iesu christi surge
in quo est salus vita et resurrectio nostra

Dominus doctor et . . . pater
. . .

Laudate dominum omnes gentes et collau
date eum omnes populi . . .
Jesus ch ch ch ch ch ch ch ch

O beatissima o gloriosissima & Nobilissima
virgo maria o prudentissima
Summe ac individue trinitati simplici deo
gloria laus
Spalgel . . .

Chr . . . gloria christi

Jesus cristus maria pomoss allelujia
allelujia ky: allelujia ky allelujia ky

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn884744744/phys_0038

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn884744744/phys_0039

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn884744744/phys_0040

Gebunden
bei
L. A. GARBE
Rostock
Breite Str. 25.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn884744744/phys_0041

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn884744744/phys_0042

Tum… rie Ioannis

Sch… e digniſſimo di-
ſertiſ…

Et mea … bet tibi Muſa ſalutem]
Perp… omnis eſſe decus
Obligat … tua munificentia multis
Que t… cis enumerare licet
Magnu… s expoſcūt magna Camenas
Carm… is noſtra minora tuis
Dicere n… randia dicere poſſum
Que m… gnis ponis amice viris
Nec refer… m fortaſſe poete
Copia … qi maior erit
Tanta qui… nter concordia vates
Unius … moda dāna ferant
Sic multis … turgeſcere bilem
Cum fu… ors miſeranda mei

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn884744744/phys_0043